

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae X.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gov:ha33-1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543-urn:nbn:de:gov:ha33-1-219543)

Neceſſe ſit] Sic in vno veterẽ libro: reliqui omnes, *neceſſe eſt*. vtro modo legas, parui refert.

Reliquum eſt, vt, cum cognorim]

Qui petit, ſpem impetrandi ſi oftendit, eo ipſo impetrat facilius. probitatis enim et humanitatis commemoratio beneuolentiam gignit.

EPISTOLAE X.

[In editione Manutii haec epiftola eſt nona.]

A R G V M E N T V M.

Huius epiftolae neque conſolatio argumentum eſt, neque auxilii alicuius promiſſio: niſi ſi amoris quaedam ſignificatio, et conſolationis loco eſt, et promittere etiam aliquid videtur. certe, cum Trebianus poſt pugnam Pharfalicam ab armis non diſceſſerit, quod epiftola declarat; iuſtam irascenti cauſam Caefar habuit. vnde illud epift. 13. Africanæ cauſae iratior, diutius velle videtur eos habere ſollicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtiis conſiſtendum. Quare nil mirum eſt, ſi Cicero ei ſpem perexiguam aſſert incolumitatis. parce enim et exſiliter pulſetur in eo loco: ſi qui mihi erit aditus. Scripta eſt poſt bellum Africonum: quod ex iis verbis conſicio, conſilium tuum, vel caſus potius, diutius in armis ciuilibus commorandi. Quod ad huius Trebiani familiam aut vitam pertinet, eruere ex hiſtoria nihil potui. Caefare III. Lepido coſſi.

E X P L A N A T I O.

Vel caſus potius] Minuitur culpa, cum a voluntate in caſum tranſfertur. hoc artificio vitur Cicero quaſi conſolandi gratia. nam ſi conſilio Trebianus Caefarem laeſiſſet; recuperandi fortunas et dignitatem ſpes eſſet infirmior: ſed in autem caſu; excuſationem aliquam inueniret iniuria.

Magno dolori fui] Refertur ad illud, ſemperque fecerim. Magno dolori autem, quia de victoria veſtra deſperabam, nec putaui, cum integri pares non fuiſſemus, fratres ſuperiores fore.

Recuperas ERN. Recuperes] Ante, receperis: nos recuperes, aliquot iam annis emendauimus, et impreſſimus. liber vetuſtus habet, *reciperes*. Et in aliis etiam exem-

plaribus, *I* litteram pro *V* ſaeppiſſime reperiſ.

Curae eſt] Et hoc ad illud alterum ſpectat, quanti te faciam. ſingulis enim ſingulare reddere, confirmandae ſententiae cauſa, Cicero ſolitus eſt.

Caſus mei] Cum patria pulſus lege Clodia ſum. hoc ad illud pertinet, quanti me a te fieri intellexerim. ita, cum tria propoſuerit, tria ſubiunxit.

Postumuleus] Cognomen Romanae gentis: et M. Postumuleus Secundus nominatur in antiquiſſimo lapide quadrato, quem vidi in aedibus Raimundii Farnesii Cardinalis. huius generis nomina ſunt, Voluſenus, Saluſidenus, Vibienus, Labienus, Cc 2

nus, Nasfidenus, Caesfidenus, Varius.

Theudae] Nomen serui, cognomen liberti.

Quantum in ea republica, de qua ita meritus sum] Vide idem iisdem fere verbis epist. 13.

Qui fuisti] Fuisti autem et omni honoris gradu amplissimo dignissimus, et ordinis tui facile princeps.

Ordinis tui] Equestris. nam, si senatorii fuisset; *ordinis nostri*, dixisset: cum ipse Cicero senator esset, ideo et, *dignissimus*, dixit, tamquam de equite, iis honoribus digno, quos qui adepti sunt, non iam equestris, sed senatorii ordinis dicuntur esse.

Eodemque de causa] Quod pro Pompeio contra Caesarem arma sumpsimus. *De*, valet propter: vt apud Terentium in Eun. Act. 3. Sc. 2. v. 3.

— *Ecquid nos amas*
De fidicina istac?

[A verbis: *Antea misissem ad te litteras*, in editione Manuthi epistola decima incipit.]

ARGVMENTVM.

Primo loco excusationem affert, quod antea non scripserit: tum hortatur eum, vt conscientia se sustentet factorum et consiliorum suorum: sperare etiam iubet, exsulem non diu futurum: eam porro spem sumit a Caesaris clementia, a statu reipublicae iam reuiuiscantis, a suo studio, ab amicorum Trebiani copia. Quibus causis, vt forti magnoque animo sit, hortatur. Scripta videtur ante superiorem proximam: nam prima illa verba, antea misissem ad te litteras, si genus scribendi inuenirem, nullas antea Ciceronem litteras ad eum misisse, perspicue demonstrant. Eodem anno.

EXPLANATIO.

Toti enim tempore aut consolari, amicorum est, aut polliceri] Similis sententia in epist. 13. in principio, et lib. 4. epist. 13.

Iniu-

Tamquam ex reliquiis] Non enim pristinam recuperaui dignitatem: sed quasi reliquias quasdam seruo. *Imago veteris meae dignitatis*, dixit epist. 13.

Familiarissimi eius] Quos nominat epist. 12.

Casu deuincti] Quia, cum olim in eos officia conferebam, fore aliquando tempus diuinare non poteram, vt eorum ope indigerem. *Casu* igitur, ob haec tempora, quae praeter opinionem meam consecuta sunt.

De tuis fortunis] Quarum partem amiserat. epist. 1.

In qua sunt omnia] Hanc maxime curemus: de fortunis minus laborandum. in hac enim omnia sunt. videtur significare, fortunas omnino recuperari non posse. quod comprobatur epist. 11.

Ad te defer] Epist. 6. *Et pollicitus sum et deuult*.

Vt nihil existiment esse tam difficile] Vide similem sententiam lib. 5. epist. 11.

Iniuriam temporum] Temporibus assignat, quod hominum est: vt in epistola proxima, quod consilii fuit, in casum confert. haec deriuatio culpae cautionem habet, ne laedatur is, qui quo animo sit, magni refert in vtramque partem. lib. 5. epist. 2. *iniuriam* appellat: item epist. 5. huius libri nulla temporum aut hominis cuiusquam mentione facta.

Magnum fructum studiorum optimorum capis] Docent enim hoc maxime litterarum studia, nihil esse curandum, praeter culpam.

Idque ut facias] Non refero hoc ad proxima, sed a superiora illa verba, *magnum fructum etc.*

Simul et illud] Iam incipit aliquid polliceri: vt ad conscientiam vitae ante actae, spes etiam accedat futurae incolumitatis.

Rerum et exemplorum] Vsum rerum et doctrinam significat: quod vtrumque vitae genus Trebianus coluisset, τὸ πρακτικόν, ex Dicaearchi praecepto, καὶ τὸ θεωρητικόν, a Theophrasto laudatum.

Plus etiam, quam vellem] Ob incommoda, quae sustinui.

Qui plurimum potest] Caesar. lib. 4. epist. 13. sic locutus est eandem sententiam lib. 4. epist. 7. tribus modis expressit: ei, penes quem est potestas: ita late patet eius potestas, quem veremur, vt orbem terrarum complexa sit: is qui tenet rempublicam. Dixit etiam, qui omnia tenet: cuius dominatu locus vacat nullus: ad quem vnum omnia delata sunt: epist. 8. 9. eiusdem libri.

Delabi ad aequitatem] Aequitas a summo iure eis edit, summum ius persequabatur Caesar,

cum eos a quibus laesus erat, vlcisceretur. quod si non tantum iniuriam, qua ipse esset affectus, verum alia quoque simul cogitaret, verbi causa, qui Pompeium secuti essent, alios id amicitiae delisse, alios reipublicae, quod eam crederent in Pompeii et consulum castris esse; praeterea, satis eos iam dedisse poenarum; pertulisse incommoda, quae bellorum natura fert; caruisse patria, liberis, fortuna; nec posse talibus viris rempublicam carere diutius; haec si cogitaret, delaberetur ad aequitatem, nec summo, vt antea, iure agendum putaret.

Ad rerum naturam] Vt homo hominem tueatur ac diligat. odisse enim et laedere, violentum quiddam est, non ex rerum natura. epist. 6. *Rerum hoc natura et ciuiliu temporum non patietur.*

Ipsa causa] Dixi iam lib. 1. epist. 1. *causam* interdum id vocari, quod ad aliquem pertinet: vt, *Pompeii causa iustior, quam Caesaris.*

Cum republica] De hac spe, quae ab ipsa reuiuiscente republica capi posset, vide infra epist. 12. Scis, inquit, me antea sic solitum esse scribere ad te, magis vt consularer fortem virum atque sapientem, quam vt exploratae spem salutis ostenderem, nisi quam ab ipsa republica, cum hic ardor extinctus esset, sperari oportere censerem. Et lib. 4. epist. 13. Etiam illa, quae minimum nunc quidem potest, sed possit necesse est, respublica, quascunque vires habuit, ab iis ipsis, quibus tenetur, de te propediem (mihi crede) impetrabit.